



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 96. Conventum Meduntæ celebrandi facultas Protestantibus a Rege
concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

scribe-
menti
est cor-
antur:
! quæ-
ere po-
te a ti-
um ex-
n ex-
ondum
te sua
nunc
nume-
s ma-
bona:
spiritu
nsilia:
mmen-
xorare
ne ma-
dictio-
tuam,
ri tue
maxi-
, uti
n me
ris tui
Patre
ossum;
ndisti,
s, qui
quem
ploro,

„imploro, ut te ad meliorem semitam **Sæcul XVII.**
„reducat. „

A.C.1593.

Huic epistolæ Elisabetha sese hoc modo subscrivebat: „Soror tua fidelis „juxta antiquum morem, novus enim „quid a me? *Elisabetha*. Verum insuper habitis hisce literis Elisabetha Meloduni Mense Octobri cum Henrico fœdus utrinque firmatum, & subscriptum init, quo inter ceteros articulos spondebat, quod non modo illius hostes repellere, sed etiam aggredi, nec unquam laniendæ paci consentire vellet, nisi prius eadem mutuo tam ipsius, quam Henrici consensu firmata esset.

§. XCVI.

Conventum Meduntæ celebrandi fa- cultas Protestantibus a Rege concessa.

Attamen non modo hæc Regina Hen- Soulier hist.
rici Regis conversionem ægre fere-
bat, sed insuper Franciæ Calvinistæ pag. 240.
suis querelis hunc Regem diu, noctu-
que tantopere fatigabant, ut ad excipiendas illorum querelas in Meduntina Urbe conventum habendi licentiam dare cogeretur, eo fine, quatenus desuper Regis responsum percipere possent. Ergo Provinciarum Deputati jam Mense Novembri eo convenienti, Rex tamen nonnisi duodecima Decembris illuc de-
latus,

Sæcul. XVI. latus, eadem adhuc die Protestantium
A.C. 1593. Deputatis hæc significabat: „vos eo
 „tine accersivi, ut fidem vobis facherem,
 „quod mutata Religione nequam
 „mentem vobis hucusque bene affectam
 „exuerim, porro fœderatorum Duces
 „cum animum ad pacem propensum ex-
 „hiberent, convocari iussi, ut nihil in
 „eorum præjudicium decerni valeat:
 „cum autem inter vos non pauci repe-
 „riantur, qui de me queruntur, hinc
 „vos audire haud inconsultum erit, ut
 „omnibus satis fiat., Postea Rex scri-
 ptum illorum libellum recipiens eis-
 dem permisit, ut ex suis quosdam no-
 minarent Deputatos, qui cum Viris
 ex Regis Senatu feligendis conser-
 rent.

§. XCVII.

*Protestantium postulata, & Henrici
 IV. responsa eis parum
 propitia.*

Soulier.

pag. 241.

Proces verb.

des Assembli.

politiq. t. 1.

Paucis post diebus in Cancellarii ædi-
 bus Vernonii primum habebatur
 colloquium, ubi Forgetus sanctioris se-
 natus Minister libellum recitabat, in
 quo Calvinistæ petebant, ut ipsis non
 modo in omnibus urbibus, regnique lo-
 cis, sed etiam in ipsa Aula sine ulla li-
 mitatione plene suam sectam palam pro-
 fitendi libertas concederetur. Ergo hac
 super